



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Dommelinvs Thorolti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

in Catechesibus, legitur inquit Miræus in fastis, in tabulis Martyrologij Romani 9. Nouembris : *Beryti in Syria commemorationis imaginis Salvatoris, quæ à Iudeis crucifixæ tam copiosum emisit sanguinem, ut Orientales, & Occidentales Ecclesiae ex eo ubertim acceperint.* Putant autem nonnulli, Cruorem qui Brugis adseruatur, ex ista Beryensi, aut alia Orientali imagine profluxisse. Aliter firmiter asserunt, panniculos istos saltem hic esse, quibus mortuum Christi corpus, plagis liuidum, ab ijs quibus sepelire istud cura fuit, lotum est.

DOMMELINVS

Thorolti.

Presbyter fuit Thoroltanus religiosissimæ vitæ vir; 1. Octob.
hic instante B. Bauonis obitus die, vt in vita eiusdem narratur, ab Angelo monitus, ac Torolto Gandauum ductus fuit, ægro Bauoni venerabilem Eucharistiam præbuit, ac morienti adstitit. leguntur & hæc verba secundâ die infra octauam sancti Bauonis lectio. quarta in Officio Sanctorum Ecclesiæ Gandauensis. Cumque etiam Domini Presbyteri Toroltensis viri religiosissimi & familiaris quondam sui præsentiam in extremis optaret, vt ab eo præsertim sicut consueuerat ante sacræ Eucharistiæ viaticum acciperet, mox ille ad eum per vastas solitudines Angelo Ducatum præstante pervenit.

H 3 DONA-

